

DIADELPHIA DECANDRIA.

25

\*\*\*\* *Caulis lignosus. Petioli spinoscentes.*

TABULA 734.

ASTRAGALUS ANGUSTIFOLIUS.

ASTRAGALUS pedunculis corymbosis paucifloris folio subaequalibus, calycibus cylindraceis breviter 5-dentatis, foliis 7—11-jugis ellipticis linearibusve semper incanis.

A. angustifolius. *Prodr. v. 2. 90. nec Willdenovii.*

A. massiliensis. *Lam. Dict. v. 2. 320. DeCand. Prodr. v. 2. 298.*

In montibus circa Athenas.  $\eta$ .

*Frutex* parvus, ramosus, undique petiolis spinosis persistentibus armatus, gummi nullum fundens. *Foliola* 7—9-juga, incana, linearia, utrinque acuta, citò decidua; ultimis petioli apice brevioribus. *Stipulae* rigidae, persistentes, pubescentes. *Spicae* pauciflorae, pedunculatae, corymbosae, foliis breviores. *Bractea* subulata. *Calyx* 5-dentatus, pilosus; *dentibus* brevibus acutis. *Vexillum* album, lineare, apice retusum. *Ala* albæ. *Carina* albæ, apice violaceæ. *Legumen* oblongum, teres, acutum, pubescens, biloculare; *loculis* submonospermis.

Ab *A. massiliensi* vix differt nisi foliis angustioribus. *A. angustifolius* omninò diversus videtur floribus flavis, foliorumque canitie decidua.

a. Florum corymbus.

b. Calyx, à latere visus, vexillo dempto.

c. Vexillum.

d. Ala.

e. Calyx, cum pistillo.

f. Legumen.

g. Legumen, verticalitèr sectum.

h. Semen.

H. Semen, auctum.

TABULA 735.

ASTRAGALUS ARISTATUS.

ASTRAGALUS pedunculis brevibus sub-6-floris, calycis dentibus tubo longioribus villosissimis, foliis 6—9-jugis utrinque acutis pubescentibus, legumine vix semibiloculari.

A. aristatus. *Willden. Sp. Pl. v. 3. 1328. DeCand. Prodr. v. 2. 298.*

A. sempervirens. *Lam. Dict. v. 1. 320.*

A. n. 405. *Hall. Hist. v. 1. 177; descr. corollæ optima.*

*Τραγακάνθα* Dioscoridis.

*Τραγακάνθα* hodiè in Peloponneso.

*Κελλώστερα* circa Parnassum.

In Peloponnesi montibus copiosissimè, nec non in Parnasso; etiam in montosis Thessalonicae et insulae Cyprì.  $\eta$ .

VOL. VIII.

H